2
46

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0001-5

VI, 64.

2.530.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0004-2

Joan. Ferarii Mōtani: in vitam Diuae Helisabet Hungaroꝝ Regis filiae libri tres.

Lipsiae ex officina Melchiaris Lottheri. Anno M.D.xviij.

v. de Auctore Joechers Allgem. Gel. Lexicon. | Leipzig 1750. | pag: 576. Tom. II

AD CLARISSIMVM VIRVM GVNTHERVM MERchelum Decanum Ameneburgenſem. Io. Montani Epiſtola nuncupatoria.

Homo quantũ homini præſtare ſoleat, ego ſupra quam adagiũ eſt / experior, Gunthere clariſſime. qui nunquam patriũ ſolum partim Matris optatiſſ. partim animi cauſa profectus ſum, quin ab omnibus inſigniter & ſuſceptus & amplexus. Sed tibi uni (ut cæteros & Canonicos& uicé gerẽtes uiros perinde atq; optimos, ita tui ſimillimos, noſtriq; obſeruãtes, in aliud & forte elegantius nomẽ prætermittã) quod ſtudium, quæ alacritas, Deũ immortalé, fuit, quo uel ignotũ, uel rumore necdum aperto oblatũ exhibitionibus quam ampliſſimis,& afficeres,& ornares. Non ſemel itaque cogitanti, quid nã omniũ animos multo altioribus natos, in me unũ peculiari quodã beneficio traheret, ſtatim natiuus ille in bonas artes candor occurrit, cui uel mediocriter eruditũ excoluiſſe opera ẽ. Quapropter ut Φιλεῖν τους Φιλους & beneficii memor quãpromptiſſime offendar, hũc laborem in diuæ Heliſabet Heſſiæ tutelaris patronæ uitam, ob te & incœptũ & finitũ, obuiis (ut ſoles) manibus ſuſcipe. ut ſi quãdo bonas horas male collocare libuerit, habeas tuo nomini dedicatũ quod legere poſſis. non quia omnẽ Hiſtoriæ ꝓtextũ manifeſtis nõ ſemel nugis ꝓſpicuum, repoſuerim, ſed ut quæque ueriſſima ſic & libentiꝰ iam in Diuæ laudem, iam in humanæ uitæ inſtitutionem iuxta ac emolumentũ congeſſi, ubi compendio magis quã rerũ multitudini operã nauauerim. Quis em̃ tantæ cũctiſq; fidelibus in exemplar datæ mulieris,& res geſtas, & præconia in multos etiã annos ſatis cõportarit amplificaritque. Operæpretiũ igitur uiſum eſt (eo quod γνωμονικη βραχυλογια perplacet) ſi quid pluribus augeri nequit paucis atq; impendio breuibus illuſtrarẽ, Vtcũque id eſt, tuæ in nos beneuolentiæ monumentũ ꝓſtet. Vale. Vuittenbergæ.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

IN VITAM DIVAE HELISABET HVNGARORVM Regis filiæ. LIBER PRIMVS.

ARma canant alii ſæuo qs pectore Mauors
Aeſtuat, ac triſti deducunt prælia campo.
Regib⁹ hic palpãs cœlo noua ſydera pſſo
Quæritet, ẽ nobſ aliḋ quo pergim⁹, exquo
Tu mihi diua places, cœpti farrago laborſ
Ipſa mone, ſi digna peto, ſi conſcia noſtri
Stat Daphne, quondã ſi Theſpia nouimus arua.
Terra eſt umbriferis paſſim circũdata ſyluis
Diues opum, lactiſque boni, diueſque metalli,
Heſſia quæ fertur, nulli non cognita, dẽ quo
Muſa refer cauſam, nempe eſt, quod numen ab alto
Aethere ſub noſtras deſcendit Heliſabet auras.
Eſt adeo in terris quod non decus omnibus unum
Surgat, & in paruis multa eſt diſtantia rebus.
Setia ſic Baccho præſtat, ſic aere Corinthus,
Et breue cõmendat fœlix Appulia uellus.
Nos maiora manent, Princeps iam nubile tempus
Contigit, & ſacras libuit ſuccendere tædas.
Omnipotens, inquit, tenſis ad ſydera palmis,
Iupiter, ætherno qui ſeruas omnia curſu
Tu mentem corpuſque facis, tibi militat uni
Si quid in hoc, lumen uitai concipit, orbe.
Magnus magna paras, nõ eſt quod diſpliceat qui
Noſſe tuas poterit fœlix per ſemina dotes,
Ergo age ſumme Pater melioribus adnue cœptis,

Inuocatio.

Heſſia

Vell⁹ appulium.

Oõo Ludõ uici prĩcipis

Iura Tori, caſtumque peto ſubiiſſe cubile,
Nil moror aut Paphiam fluxæ ludibria carnis,
Nec uel opes, adeoque tuum quod poſcimus omne eſt.
Tu fac quod ſuadet bonitas, uel perde laborem,
Vel bene non uanis admiſſum uertito donis,
Res tua ſola agitur, prolem ſi quærimus illam
Quæ tibi, quæ noſtro poterit bene naſcier orbi.
Dixit, & extemplo greſſum pede corripit uno,
Qua ſedet ingenuas ſubter bona Nympha puellas,
In lanam, tractique mouens diſcrimina fili.
Ipſa ſuper texto Serum de uellere panno
Inſignibat acu, pulchri qua conditor orbis
Lege ſuas claro ſtellas ſubfixit olympo,
Præcipites Phœbi curſus, Lunamque bicornem,
In medioque hæret rerum, ſua pondere tellus.
Addidit Elyſiis hominem quam dulcia campis
Spectarint, fœdamque eius per turpe ruinam,
Vnde nec eripiat quiſquam, ni Chriſtus ab altis
In terram ſancto ueniſſet tractus amore,
Ille Cruces, noſtroſque tulit ſine labe reatus,
Ille inſons redimit ſontes, ille omnia ſolus
Perficit, & Cœli ſedes oſtendit apertas,
Nec tum hunc uario contextũ, ut cætera, pinxit
Stamine, ſed toto roſeum ſudaſſe cruorem
Affectat, capitis longas a uertice ſpinas
In uultum atque imi detorquet ſenſa cerebri,
Confoſſumque latus, uitreo rubeoque liquore,

Venus carnis ludibrium.

Opus Heliſabet

Chriſti imago nõ ut cæteræ inſignita.

Dulce renaſcentis mundi fluit unde lauacrum,
Adde, manus ruptas, crurumque foramina, obortis
Quæ iam ſuffundit lachrymis iam cauta dolorem
Mitigat, & uiuo releuatur numinis hauſtu.
Vt uidet intentam ſuperis tœ læque puellam
Sponſus, ad ingreſſum titubat, næ territa doctum
Deſerat incœpti facinus, ſeu fœdera pacta
Connubii inſuetis ploret perculſa querelis.
Hoc ſecum dubius, quid tum? reſcindere mentem
Haud libet, occluſaſque foreſque repagula ſoluens,
Ocyus ingreditur, uerbiſque ſilentia rumpit.
Regia longæuo ſata ſtemmate uirgo parentum,
In noſtros uentura lares, pars altera uitæ.
Expectata diu uenerunt tempora fauſti
Ominis, ut læti mens eſt præſaga futuri.
Non terræ uaſtos cupimus ſine limite fines,
Non aurum Crœſi, non quas fert India gemmas.
In thalamos ſuſpiro tuos, non irrita Patrum
Fœdera, tu noſtros mea ſponſa leuato dolores,
In regni ſuccede uices, nil ſubdola mundi
Nil annos, carnemque time, ſic ordine rerum
Iupiter ætherno, ſanctum coniunxit amorem,
Cœpimus hunc dudum fœlix tu perfice, quando
In te ſumma manet ſperati maxima curſus,
Conſtitit ante Ducem trepidans iam Nympha canorum
Lacteaque in uocem ſoluit mox ora beatam.
Quid nam, dulce meũ decus, hoc in pectora fundis?

Principis ad ſpõſam uerba.

Respondet Heliſabet. Ipſa mihi ceu nata ſiem? ceu non foret uſquam
In me quod ualeas? non eſt hoc uiuere noſtrum,
Eſt aliud quo cuncta fluunt, quo cuncta mouentur,
Perpetuum ſine fine manens, ſine origine conſtans,
Hoc ſeruanda dedit terræ moderamina, primis
Infima ſubiiciens, non ſic tua uota capeſſam?
Aſt ut uera magis fatear, mentiſque repandam
Abdita, ſi prudens noſtrum hoc optare, ego mallem
Virginis intactæ ſanctam deducere uitam,
Innuptumque Deo cum mente offerre pudorem.
Sed Cœlo ueniunt quæcũque hic optima fiunt,
Vſqueadeo in terris Deus eſt, quem ſentio noſtri
Fœdera connubii primos mouiſſe per annos,
Vt fundi in cunas maternis cœpimus ulnis.
Ille tuum fœcit quidquid mihi ab æthre relictum.
Fac age uti præſtat, tua ſum, non Aulica pompa
Næue peryſcelidũ cupiens, uel Perſidos auri,
Mancipium ſed uile, domuſque ancilla parandæ
Sic ait, & dulci fugiturum ſuſcipit Heroa
Amplexu, ſignumque dedit ſpectabile amoris.
Poſterus aeois præmiſſo lumine ab undis
Phaetõ. uolucris phãa. Surgebat phaeton. uolucris quo phama per urbem
Euolat, & ſponſæ magno cum Principe tœdas
In iuuenumq; ſenumque auidas diſſeminat aures.
Expectes tumido quam fiant omnia faſtu,
Regia dum multus quærit ſpectacula luxus.
At pia nec fluxum ſatagebat Nympha decorem.

Eſt aliud quo ſenſa uehunt ſublimius alta,
Intima quippe ſubit ſacri penetralia templi,
Adtollenſque manus, & conſcia pectora fatur.
Summe Pater rerum uitæ mortiſque perennis
Arbiter, ætherno diſpenſans ſingula ritu,
Tu magnum paruumque facis, tibi uictitat uni
Quidquid ad igniuomũ uultus conuertit Olympum,
Percipe de ſummo repetitas corde querelas,
~~Quando ſoles miſeris nunquam non~~ parcere uotis.
Haud ſemel optabam uenerandi iuſſa parentis
Irrita, & inſtabiles ſponſalia lapſa per auras,
Quandoquidem caſtam non tacto corpore uitam
Omnigeno ſemper placuit præferre labori.
Eſt etenim quod corda nouet, nam contio ſæuis
Virginea in Cœlos poſuit ueſtigia pœnis,
Eruit hæc oculos redituros, illa papillas
Pertulit auulſas. eadem ſi forte nequibo
Te prohibente pati, quom nos in iura Mariti
Duxeris, & iuſte fœcundos præcipis annos.
Cœpta foue, te docta ſequor, tua iuſſa capeſſo,
Qui noſtræ ætatis dudum moderaris habenas.
Regia nimirum clara eſt uirtute propago,
Cui uenit ad ſceptrum quidquid tenet Húnia tellus.
Quo decus enarrem formæ? quo ſplendida ſortis
Munera? tu uitæ dux & ſpes una beatæ,
Da caſtum ſubiiſſe torum, ſi non patet ullus
Quo fugiam tua iuſſa modus, tu cætera curſus

Oro Heliſabet.

Martyrum ſctārū ſupplicia.

Húnia tellꝰ

Perfice, fœliceis famulæ tu dirige ſoles.
Eſt unum quo me ſoler, quo nomina pulcræ
Fiat uoluntas dei. Virginis amittam. tua ſi fert ipſa uoluntas
In quam periuro ſolum. quid muſca leonem
Velleret imprudens? leporem quid lenta fugacem
Vincere teſtudo nitatur? terra quid almo
Obſtaret Cœlo? pronum mage flumina lapſum
Inuertant ſaxumque uolet per inane leuatum
Quam te non ſeruet quem maturare iuberes.
Nil queror ergo, decus te propter læta relinquam
Virginis. Inde tacens animũ ſuper æthra ferebat,
Protinus arcanam cum uox audita per ædem
Angeli uerba ad Heliſ. nupturam. Nil iam Nympha time genialis uincula lecti,
Vincula florigerum poſſint quæ ſoluere cæſtum,
Virginitas corporis. Eſt geminus nempe ipſe pudor, quem ſuſpicit orbis
Integra non ruptæ fertur cuſtodia carnis.
Virginitas mentis. Alter ab intacti cordis ſplendore redundat
Pulcer & oſtrifera dumtaxat lapſus ab aula
Non adeo conſtans hominis moliminæ, ſed quem
Nulla, parit, mundi turpis rerumque cupido
Anna Ieſſæa Sara. Aſpice Ieſſæam celebrati nominis Annam
Caſſaque lugentis ſeptem connubia Saræ
Vtraque ſub mundo nuſquam polluta cubili,
Sancta deo uixit, nam mens ſic corpore flammas
Preſſit ut in nullam ſurgant incendia partem,
Hæc eadem fœlix tibi quid ſperanda uereris?
Cum nec terra Iouem capiat, nec opinio uulgi.

Sed mens casta, potest tacta quæ in carne morari.
Fac igitur tu iussa colas, sponsique torique
Munera, tum nostris uenies placitura choreis.
Exhilarata quidem proles modo Regia dictis,
Surgit, & ascendens ferratam protinus arcem,
Cuncta uidet nitido pompam spectantia luxu.
Ille parat phaleras, festum canit ille Hymenæum, Festꝰ Hymenæus.
Pictaque sollicitas resonabant ātria curas.
Ipsa nihil tanto rerum perculsa tumultu
Hactenus excipitur generoso Nupta cubili,
Quom spes in thalamis maior. ceu fonte reperto
Obstruit effusam si quis per deuia uenam
In breuiora noui scindens compendia riui,
Ambiguus trepidat/ne ductilis unda sequatur,
Ausa dolet, quando laxatis turgida neruis
Vena salit, totam complens a margine fossam.
Sic Regina timet Camerina corporis acta
Quamprimū nullo desuescat spiritus usu,
Gratia dum maior fœlici sydere uenit.
Vsque adeo mundum, Veneres, conuiuia, ludos,
Irrita melliti postponit gaudia lecti.
Nam qua cuncta solent Læthæum nocte soporem
Carpere, qua blando mulier diffusa mariti
Amplexu iacet, hæc plumasque uirumque relinquens,
Prosilit in nudum nudato pectore stratum
In somnis orans, uitamque hominūque suamque
Sedula commendat Cœlo, ne ficta Sarhanæ

Ad orationem Helisabet surgit.

Concitet in Stygiam nō cautos machina peſtem,
Iam ſubnixa genu, duri iam murice ſaxi
Conſtat, in obductis hæret iam Principis ulnis.
Quo magis adtenuat corpus, tanto acrius optat,
Addidit & multo liuentia flagra cruore,
Ipſa ſibi quæ dura parens, uel tempore longo
Sæpe manus doctæ tulit officioſa miniſtræ.
Ac gemini hinc olim ſubnaſci inſignia fructus
Dixit, ut a tactu reſpiret ſana uirili,
Et domito ſuperis iungatur corpore rebus.
Adde, quod & longo poſitis ex ordine gemmis
Extructūque caput Caliendri faſce, Deorum
Nobilibus mos eſt inceſſere fana puellis,
Sic in præcipitem deſcendit Heliſabet ædem.
Spectanti placitura uiro, placitura cohorti,
Pendula quam Chriſti primum tam mouit imago,
Vt merito ex altis tuitum ſumpſiſſe putares,
Concidit, & gelidus ſerpit pauor undique in artus,
Ter conata loqui, ter uox in faucibus hærens
Labitur, hæc triſti dum condita pectore uerſat,
Me miſeram, me infœlicem, quid peſſima rerum
In terram, faſtuſque uehor, male ſana rubenti
Murice, Cryſtalloque monilibus, aere, ſmaragdis
Conſpicua, in uultus auſim procedere Diuum?
Tu mihi ſeruator, plaſtes, deus, omnia uoluens
Nudus in erecto me propter ſtipite pendes,
Quot rabidi tandem pateris ludibria uerpi,

Mos nobilium puellarū tēpla petentium.

Gemit⁹ Heliſabet crucis imagine perculſæ.

Est impostorem ueri qui clamat, at ille
Sæuius in lacerum grassatur uulnere pectus,
Despectusque tuo torqueris in aere uermis
Non homini similis, diuumque hominúque creator,
Quæ nam te uicit bonitas, ut crimina nostra
Tu solus ferres, mortem quoque morte piares?
O genus a uero distans, qua merce redemptum?
O quid suffusi censes tot sanguinis undas?
Scilicet, hocce tuũ nugari, bibere, & esse
In medios torpere dies, non parcere amico?
Ni quem neglectus saluat ferrugine numus,
In noua sectantem dispendia ducere uulgum?
Ecce ego tartareo præuincens omnia morbo
Incedo iucunda mihi, ceu nil foret usquam
Vnde per obductas superer magis indiga gemmas,
O me, cui niueo redolent opobalsama collo,
Cui micat in digitis aurum, cui syrmate uestis
Multicolor lecto tabulatum puluere uerrit.
Adde nefas, crimen, fraudes, conuitia, luxus
Et si deterius uitio quid prouocat Horcus,
His uel digna polo ueniam, pro Iupiter, in quem
In quẽ subducor tandem Phlegetontis Auernum?
Haud procul est crudo quin terra fatiscat hiatu,
Et me seruatam fatis absorbeat unam.
Illa nõ introrsum magis ac magis anxia uersans
Corripit extantem turbato uertice cultum
In terrãque iacit, secus haud quã nescius, ignis

Homini ꝑ priũ nugari bibere &c.

Helisabet capitis põpam in terrã deturbat

Hauſerit exicco condens elementa capillo,
Iam facinus ridet, iam uento ludit anhelo,
Dum uel inexpertum ſua uirtus ſuſcitat æſtum,
Territus exurgit, uaga quæ non ſemina flammæ
Nouerat ardentis, crepitanti tempore ſentit.
Omnia conuellit citius, næ fomite ſparſo,
Sæuiat in totum Vulcanea flamma capillum.

Heliſabet ornamenta ponit.

Inducias blando Regina ſubinde decori
Imperat, ac tandem prudens Holoſerica ponens/
Natiuum perfert quantum uult gratia cultum,
Singula quæ iuſtis uirtus adcommodat horis,
Eſt melior recti maiuſque inſigne meretur.
Vilius abſenti ſectatur Principe quoduis.
Maximus in pullo decor eſt, & ſyndone triſti,
Parturit inde magis, factaque in fœnore miſſæ

Heliſabet cæteras matronas ſanctã uitã conuertit.

Non ſemel ingenuas matres doctiſſima tentat
Vt multæ gemmis, oſtroque monilibus, auro
Per duros Cilicum tulerint pponere uillos.
Multæ in perpetuum ſeruata carne pudorem
Conſpirant, uitaque dicant ſub cœlibe menſes.
Rodit arenoſum qua ſpumeus Hadria portum,
Appulaque inflexo ſubcingit iugera cornu,
Illuc Rhomanum, Lodouicus robur auitum
Induperatorem ſequitur ſtipatque uocatus.
Heſſiacum ſi quando fames mala peruolat agrum
Quis foret auxilio? nudæ quis cruſtula turbæ
Diuidat? ex omni fuerat ſpes irrita parte,

At Regina polo fœlix demissa sereno
In terras, uisura bonos, uisura relictos,
Anxia congestum frumenti iungit aceruum,
Quantum nec gemino fudisset Copia cornu.
Et uocat ex omni uico quod uentre laborat,
Loripedes, cæcos, claudos, & corpore mancos,
Omne genus morbi, numerum tunc ipse uideres
Aulis ad undisonum quem uix Hecataia littus
Excipiat. summo collis de uertice, Mater
Prospectans hominum primo mirata cateruam,
Mox luget, miseræque dolet dispendia uitæ.
Cum nec in auratis ulli spes ædibus extet,
Næue leuet frater crepitantia uiscera fratris.
Omnipotens (inquit) cœli terræque creator,
Qui tot deserto seruasti millia eremo,
Præsentem depasce gregem, tibi quando parenti
Venit ad ancillæ sedes ieiunus inaneis.
Diuinam solus mentem cum corpore uincis,
Hoc est ad uitam reuocas quod concipit auras,
Num periisse sines igitur crudelius, ore
Flare quibus teneri donasti liquida cœli?
Absit, ut in magno magni qui munere patris
Fungeris, ad paruum sumas tibi uindicis iram,
Tu uacua ergo foue collectæ uiscera turbæ,
Vel si facta uoles totum resecare per orbem
Impia, & hac miserum pœna delere popellum,
In me culpa ruat, caput hoc iam confice tælis,

Aulis Hecataia.

Oro Helisabet.

Mirus Helisabet erga pauperes amor.

Ipſa ego uindictam merui, quid perdere natos
Hoſce paras, minimũ quibus eſt in pectore damni
Purpureas confige domos ubi crimina, faſtus,
Flagitiũ, dolus, ambitio, ſtuprumque ſceluſque,
Mox tua præuincent conſertis fulmina morbis.
Fata erat, & totum frumenti occœpit aceruum
In plebis deferre manus, diſcrimine facto
Vt qui pauperior numero plus ſumat, at illa
Venerat in paucos primo uix ordine munus,
Et uidet ex imo tumulos decreſcere fundo
Quid faciet? quo uota probet magis anxia quærit,
Agmina iam populi trutinat, iam cenſet iniqua
Munera, nec uacuũ quẽquam lubet inde reuerti.
Deſtinat ergo Tyri ſuccum, corallia, gemmas.
Armillas, Strophiũ, pateras, conchylia, limbos
In reliquũ partire gregem, ni Iupiter æquus
Confiſam in ſuperos iuuiſſet rite miniſtram,
Quantũ etenim demit tantũ ſuccreſcit aceruis.
Atqui ubi diſcedunt onerati largiter omnes
Pone iacet maior quam quæ fuit ante farina.
Interea ſtupidi circũſtant undique ſerui,
Miranturque modum facti, ſed Regia Proles
Nouerat ætherei non caſſa iuuamina Patris,
Qui miſeros ditaſſe ſolet, ieiuna fouere,
Huic fert acceptum ſoli, grateſque perorat,
Tanta quod exiguo ſaturetur contio farre.
Nec ſemel hoc fœcit, quod cũ ſi fecerit, ipſum

Dissimulat, dextræ fugiunt denaria læuam.
Haud minor est uirtus mentem prohibere superbam,
Cum Cœlum factis pulsas, quam discere factum.
Sic uigilat tetri fictus Regnator Auerni,
Sollicitus quo corda ruant, quo nescia uirtus
Nigra uelit pulcro nutrisse aconita decore.
Ergo hominis pectus palea est, quam Tartarus igne
Admoto perflat, nec follem dimouet usquam,
Donec in immensum liquefactus corruat Horcum.
Sæpius hoc nullo didicit non læsa periclo,
Imposita cœptam sed dispulit obice fraudem.
Vnde est uirtutem comitetur ut altera uirtus.
Paupertinus erat sanies cui membra resoluens,
Tabida quæsitis detexerat ossa medullis
Quid? uel Prhiriasim scabies conuoluit iniquam
Vt uix in terris tam sit miserabile quidquam,
Hunc Mater complexa suis rapit ocyus ulnis,
Arbiter insolitum nullus qua deferat ausum.
Hulcera quæ nigram mittebãt horrida tabem,
Extergens, mundata super, pia pharmaca condit.
Et scabiem sana delectis uermibus unda
Perlauat, ut toto releuatum corpore uidit,
Regali positum gremio fouet, Haud secus ipsa
Quam solet emissis pullos gallina sub alis.
Iamque fugax magnum tranauit phama per orbem
Præsens e Cælo demissum plebis Asylum,
Ex omni casula properatur, quæque crepido

In pietatis opere humilitas.

Bñficium in scabiosum pauperem.

Helisabet per orbem cognita.

Mittit ad optatum sua mendicabyla domũ.
Aeditus ascensu collis per inania tendit
Præcipiti, reptans passus quo turba fatigat,
Hic labor, hic multos concinnat quisque labores.
Ante pedem non parua iacet pars montis, ut haustæ
Destituunt uireis scansuros. hoc ubi Mater
Sancta uidet, mentem uoluitque animũque, laborat
Auxilio quibus isse uelit. tum collibet unam
Xenodochium ab Helisabet extructum. Pro cunctis struxisse domũ. fit machina, qualem
Vix duo proiecti circũdent iugera campi,
Innumeris ornata toris, ubi serica plumas
Stragula distentas cohibent, huc corporis ægri
Quisque subinfertur, capturus dulce quietis,
Consona speratæ capturus fercula mensæ.
Hoc opus est quod longa dies nec destruet, ipsum
Xenodochium hodie Martipurgi Atqui hodie, & semper monumentum immobile durat.
Est adeo studii cumulus, miseranda fouere
Pectora, & ætherno thesauros credere Cœlo,
Quos nec Vulcanus, nec spumea Tethyos ora
Abstulerint sparsos, inopum sumpsere cohortes.
Omnibus has inter Materque parensque uocata
Congreditur, uel dona ferens, uel morbida curans,
Et quos non genuit natos iam nomina Matris
Compellare audit charæ, sic pignora uulgi
Helisabet pueris inopũ munuscula præbet Pauperis intrantem coniuncto examine uallant,
Ensiculos ut præbet huic puerilia dona,
Illi fasciolas, uestem, crepitacula, puppas,

Largitur, pueroſque facit per munera læthos.
Hoc putat in noſtro dũtaxat uiuere mundo
Si uirtus ubi nulla tumet ſit maxima, quando
Pulchrior informi recubat quoque auicula trunco.
In miſeris ſpes multa ſedet, nam ſydere largo
Ille quidé theſaurus adeſt, qui deſuper ortus
Nuſquã Pactolus fulua ſibi fœnerat unda.
Chriſtus ut in terras rupturus uincula Ditis
Venerat artifices non multũ ſuſpicit ædes,
Nil gemmas, aurumque facit, nil murice lænas
Miratur tinctas, uitam ſed triſtior Iro
Vtriſque (ut dicunt) manibus complectitur, atqui
Exemplo iſtud agit, celſum næue æthera quiſquam
Per luxum, & molleis ſtudeat præuertere pompas.
Iam redit Hadriaco clarus de littore Princeps,
Et quos exornat Tyriũ, quos temperat oſtrum,
Aurati coeũt proceres pars uana theatri.
Et quibus in Dominã gerris rapiantur, ad unum
Adcumulant, carpuntq; uagas e lente querelas,
Iam decreſcit honor regni, iam præter honeſtum
Diuitias inopum uulgus nec dum ſatur aufert.
At nihil iſta Ducem turbãt, Pol fatur ab ore,
Sydera qui lumen, piſces mare, gramina terras
Ferre iubet, magnus rerũ deus, æthere largo
Dum fluit in terras, ſpes eſt, quis in aere miluum
Nutrit? & immenſo pinguẽ fouet æquore Cetum?
Vnus adeſſe ſolet rebus modus, inter utrumque

Christ9 paupertatẽ cõmendat

proceres Heliſabet, pdigã accuſant

Prĩcipis uerba ad aulicos canes.

Quidquid erit medio uirtus eſt, India diues
Macedo Alexander. Qué timuit, paruũ Macedo dolet unius orbis
Imperium, aduerſam didicit quom ſurgere terram,
Sic ſtultum molitur opus, quem prouida regum
Facta decent, auidum ſentit dum pectore Numen.
Nos ſacri meliora docent per carmina Vates,
Vt cui pignis opum multarũ ſuppetit uſus,
Non ſibi, ſed ſe homini natum ſciat, inſuper illud
Quod tenet abiectis ſpargendum cogitet ægris.
Priuatas quid fingat opes? quid culmina rerum
Scandit, & ætherni non dicat munus olympi?
Non propria uſqueadeo uerum commiſſa uocant,
Nihil pprii mortalib9 Hic quibus in luxum mortales ducimur, eſto
Dulcis in admiſſas copiunx ſibi credita plebes
Sparſerit, & noſtræ diſſeminet æra phylacis,
Tantillum iſtud opes Regni uireſque leuabit?
O cæcas hominũ mentes, o pectora uana
Quid ſiquidem argenti nõ audet ſacra cupido?
Ille ſubit uetitos Neptunia iurgia fluctus.
Varii propter aurũ uiſus. Obtegit hic ſtructis ſpacioſos ædibus agros,
Horum ſi nihil eſt, uitæ tamen excitat æſtum.
Diuidit aut montes nondum quibus æra reperta,
Nec prohibet niſi contingant, quin gutture ferrum
Diuitis incaleat, tanto ſpes conſtitit auri,
Et tamen, heu miſeros uix altera Luna uidebit.
Eſt adeo quod preſſa Deus mortalia uincat,
Ac uelit ex altis noſtram nos quærere uitam.

Ergo agite has nugas citius depellite, necdum
Mordicus in quanquam, factum bene, scindite partem,
Sic placuisse Deo certum est, ubi sydera mundum,
Ancipitem adtrectantque docentque caduca relinqui,
Hæc ubi, nil trepidam uerso sermone puellam
Cõuenit, His membris, inquit, sanctissima coniunx
Spiritus admissam uitæ dum temperat auram,
Vt dextram iungo dextræ, nil fœdera amoris
Nos inter franget, cœptis modo perge beatis
Extremas inferre manus, næue impia cures
Pectora, quis auidum uirus suffundere Pluto
Haud sinit / Ipsa Deo serui, mihi cætera restant.
Aduertit dictis animum Regina capacem,
Peruia nec ueniat patitur modo fabula surdo,
Sed tacitum quod sæpe dedit / iam tollere coram.
Non secus atque Maris primũ qui incognita tentat,
Iam littus circum ludit, iam longius alnum
Pallidus abducit, placidas ubi Tethyos undas,
Comperit admissis impellens carbasa uentis
Nauigat, & doctus sumpto domat æquora lembo.
Hactenus addictam sacris deterruit Heros,
Non semel ac scissas tristem facit abdere quadras,
Ast tandem metus ponit, quando omnia egenis
Destinat, & soli curas impertit olympo.
Inditio esse potest, nudo cum palla roganti
Donatur, cœlo uestis demissa, nec ullis
Floribus, aut nostro quaquam distincta colore,

Princeps Helisabet sola tur.

Palla Helisabet e cælis missa hodie ostẽdit.

Annua quam certis ostendunt sacra diebus.
Atqui aderant saluos melior quos reddidit æstas
Quos bene uersando promptos uider esse labori,
Talibus his loquitur, uos o mihi semina curæ,
Vos mihi dulce decus, fœlicis pignora cœpti,
Scitis enim, uel facta docent, quam sedula ab ipsis
Vnguibus, iniustæ mẽbrorum pondera molis
Fouerim, ut & uictũ manibus dehinc posse uenire,
Nil dubitem, ergo aliis maturi cædite, quorum
Iam nos uota manẽt, pulchrũ est uixisse per artes.

Helisabet adstos paupereſi labore hortatur

IN DIVAE HELISABET VITAM LIBER SECVNDVS.

Interea reb9 quẽ percipit aptum
Instruit, atq; suũ tãdẽ uult reddere fructũ,
Hic uersat terrã, uites colit ille per agros,
Est quẽ fabrilis sudantẽ malleus urget,
Id tm̃ in uoto, nullus terat ocia torpens,
Ocia fallacis prima irritabula mundi.

Ocia mũdi irritabula.

Hinc iubet imbellis coeuntia fœmina ducat
Stamina, uel sumpto connectat suppara lino,
Nec modo pscriptis alios sic rectitat, atqui
Cuncta subit, laceras recto locat ordine uestes,
Aut Christum ex altis quid nam contraxerit usque
Prædicat, & multis prælatum dicier optat.
Pauper erat totum tristis cui Elephantia corpus
Soluerat, ut nullam non læserit hulcere partem.
Languidus adserpens ignemque alimentaque poscit
In solitique domus trepidans spectacula morbi,

Horrebat, tantumque aberat quo quiſque dolorem
Mitiget, admiſſis quod ſurgit nauſea ocellis.
Regia ſed Mater iuxta miſeriſque beatiſque
Edita, ſuffugiis hominem mox deſtinat, ex quo
Pharmaca depromit, uix qualia prompſerat uſquam
Detectum cum ſola lauat, qua ſerpere læpram
Contigit, & fluxam reddebant hulcera tabem
Perſtringit, lino mundans, poſt omnia ſanat.
Nec ſatis eſſe putat, uirtus tam creſcit agendo,
In lectum ceu iuſſa ſuum mox detulit. id quod
Phama ſub indignas uel duxit Principis aures,
Vel ſobolere putat quidquã ſibi, Dic ſoror (infit)
Hoc age, quid noſtro poſitum ſub tegmine condis?
Vtque mouet ſummo recidentia ſtragula lecto,
Non uidet ecce uirum quem tum uiſurus adibat,
Sed roſeam (res mira) crucem, qua dulcis imago
Admonet hoc uno uitæ ſtare ſemina ligno.
Diſcedit facti ſtupidus, uocemque reſoluens
Fac ait euge ſoror uirtus quod ſuaſerit, et nos
Haud metuas quos mundus agit, quos multa iocari
Cogit amor tecum, tibi ſint cœleſtia curæ.
Sic fatus, ſanctum cauit næue ammodo quiſquam
Interpellet opus. quoties ſic turba canina
(Vel ſi uos libuit iuſto pinxiſſe colore
Et ſæuos, aut quid peius, uolo ferre Tyrannos)
Hic quoties meram uirtutem inhibere tuliſti?
Nempe uxor dum ſancta parat, dum fercula egeno

Heliſabet bñficium in læproſum.

Crucis imago in lectulo p leproſo inuenta.

In Aulicorũ rabiem.

Concoquit, & nigrum rogitanti porrigit assem,
Iam res negligitur, rumi decrescit aceruus,
Ad summā quidquid canis ipse, aut seruulus audax,
Peccat, id uxoris peperit sibi prodiga uirtus,
Tantillo rectum constat, quo tutius ægri
Pauperis aflocces tunicas quam texeris ipse.
Phama per Ismarias prænuncia deuolat oras,
Deuolat extremos longis a Gadibus Indos,
Et decus ex altis in terras nobile missum
Prædicat, unde ingens hominum per saxa, per undas
Vulgus Hyperboreum non longo currit ad axem.
Vrbs antiqua iacet montes qua murmure Lumus
Percutit aduersos, Marti quam nomine Purgum
Dixerunt latiæ miscentes Graia uoci.
Hic sedisse placet, tantæque insignia phamæ
Post iter, ad uerum cupidis desumere ocellis,
Atque uident, quāquam raro, tandem omnia cunctos
Nosse iuuat, partim supra quam phama tulisset,
Ornamenta stupent, partim uel stemmata quærunt,
Vel nataliciam certo sub iudice terram.
Vtraque tum surgit cui sparsi in tempora cani
Resta dabant, uerum pandens Etymogorus, infit,
Gens est quam Drauus, ter bino & gurgite Pontum
Ister agens, claudunt, immanem Caucasus olim
Destituens cœlo iactatam reddit amico.
Vnde hæc sancta uenit proles, nam sanguine Regis
Pœonii, per multa uolat iam nobilis ora.

Potiꝰ est q̃ pauperē exu at quā q̃ tegat.

Martipurgum Hessiæ opidum.

Etymogori uerba.

Pannonii

Helis. expœonio sanguine.

Nimirum exemplo, nullum Iouis atria cũque
Spernere dum iussus ueniat, sic barbara Christo
Pectora mollescunt, posito impietatis acerbo.
Sperandum est cunctis, deus haud uult quẽque perire,
Aethera sed magno spectatum adiisse trophæo.
Fœlix ergo bonæ iam iam gratare parenti
Pannonia, ipsa tui nutrixque satrixque decoris.
Multum Germanus debet tibi, & Hessia multum,
Luna reuoluebat partus bis quinta labores,
Vt modo cunctantem fructum Gertrudis in orbem
Redderet, at nondum Phœbus quod contigit audax
Erupit, lucisque dedit monumenta futuræ.
Nempe puellaris uisa est super Aethere imago.
Plurima uirtutis referens insignia claræ,
Iam modo dispersum rogitantibus adiicit aurum,
Calcato Cœlum mundo iam suspicit unum.
Et tam clara stetit septeno, ut lumine Phœbus
Inluxisse queat. nec spem mouet exitus alter,
Nec dum maternas lactens infantula mammas
Destituit, mox sydus agit, quom maximus orbis
Hæssiaci Princeps sponsam gnato impetrat, unum
Quem fouet, ac Regno solum præponere curat,
Virgo quater cœli postquam reuolubilis altum
Solstitium uidit, promissas fertur in oras.
Nec uacuam id cogunt, cunarum insigne toreuma,
Phidiacæ artis opus. nunc iam quod multa quotannis
Contio diuersis adpellens perspicit oris,

Apostrophe ad bonam

Helisabet priusq̃ nascere ẽ æthere uisa.

Helis. Ludouico despõsatur.

Elisabet in Hessiam defertur.

Mittitur,& ueſtes Serum de uellere, Crater.
Adde periſcelidesque monilia, linteaque oſtri,
Regibus et quidquid longos ſeruatur, inuſus.
Aut quod luxus habet, dulcis quoque copia gemmæ
Commeat, & gnatam ſequitur. dum pronuba uirtꝰ
Incalet, hic nulla uiuit dulcedine uterque
Carnis, at in ſuperos non uana precamina fundit.
Atqui hoc comprimis Virgo cui cætera mundi
Non mox uſque placent, alios ubi docta puellos,
Artifices greſſus, uultum, madidique capilli
Cæſariem, falſo ſentit componere ritu,
Heliſ. nō ut cæteri orna tur. Ipſa dolet caſus hominū, miſeretque pericli.
Et roſa ſub uernis ueluti quæ ſolibus exit
Quamprimū adridens natiuum ſpirat odorem.
Primitias Virgo ſic plibamina uitæ
Exhibet actutum. quom ſacra inuiſere templa
Deſtinat, inprimis nullo dum ſparſa ſereno
Lux erat, & croceum uix eſt liquiſſe cubile
Tithonum iuuenes tam prudens collocat horas.
Si feſtus redeunte dies perſplenduit æthre,
Omnis erat ſtudii finis quo candor ab imo
Pectore, quam ueſtis luxus, non uilior eſſet.
Hinc ubi diuorum ſociis comitantibus Aedem
Heliſabet manicas & capitis cultum in templis ponit. Ad ſacra intrauit, manicas, & uertice pompam
Gemmeam ab aurato poſuit, nec ſumere duxit
Fas eſſe, extincta cædat quam luce Sacerdos.
Nimirum ex Cœlo ſpes eſt, ingloria propter

Viuere quod mauult, hominum fert æqua tumultus
Inuidia ut mouit, quæ ceu fumus impiger ignes, Inuidia uir-
Proxima uirtutem sequitur. quis tanta malorum tuti pxima.
Conscendisse putet mortalem, culmina, sanctam,
Virgineam, insontem, cuncta sine labe puellam,
Et quæ nec tristat turbata lance catellam,
Vt faceret mordax? pulcre sed Iupiter æquus
Non secus ac prudens genitor solet, in sua regna
Quem uocat, horrendis cruciatibus, ignibus, undis
Obiicit, usqueadeo mundum fugit, ut neque uatum
Dogmata si uoluas, uel candidus obuiat unus Nemo i de-
Purpura quem superis imponat mollior aulis. liciis cœlos
Sed quo diua uehor? quoties te scommate lusam ascendet.
Excæpit petulans iuuenumque senumque cachinnus?
Connubiis dignam clamat peioribus ille,
Ille uel in modica natam garrire proseucha
Non rubet, ut tanto miseris succurrere pronum
Auxilium in notos irritet feminis ortus.
Sed nihil ista mouent. quid nam super astra uocatam
Segreget a Christo? num flameus ardor? iniquum Helisabet i
Num mare? num siculi formidanda æra iuuenci? aduersis de
Quo magis insanit furor, hoc plus carmina Cœlo um laudat
Dicit, ut in molli famulam torpescere honore
Non sinat, ac multo damni maiora precatur.
Pol modica illa putat, næue ut pro crimine paruo
Conuersæ possint mentis farcire dolores.
Tantillum carnis pompas, uel mollia curat

Vt pro delitiis & grato muricis usu
Pauperis exoptet gemitus, & tristia lini,
Hæc sunt primæuæ perdura exordia uitæ,
Quis Cœlo didicit dudum placuisse, ubi dirum
Bellica tartarei caput interfringit Anubis.
Non semel ipse piam tristatos inter egenos
Haud secus atque foret cunctis magis indiga, uidi.

Helisabet i questitu duri cia.

Sidoneam si quando humeris circumdare pallam
Est opus, intonsos flocços, uel acumina lini
Corticis, in maceram figit sibi conscia pellem,
Ipse ego uisentem seruabam industrior ægros
Quandoquidé extremas superabant aspera uestes
Aut fila, aut duræ Cilicum mblimina sætæ.
Quas modo condenti similis, modo territa uisas,
Dissimulat, que altum premit intus corde ruborem,

Virtꝰ tacita est.

Nec quia peccatū duxit quod Christus amaret,
Sed uirtutis opus tacitum, & sine laude beata
Aestimat in solo condendum pectore. uulgus
Irrita nimirum cunctis examina subdit.
Hæc ego enim quæ uera sciam, uos cætera coram
Discite. at emersus iam iam monet Hesperus ire
Quo sua quamque uocat conductæ cænula mensæ.
Pars stupefacta silet, pars alto pectore uerba
Condidit, & patriæ limenque domūque reuisit.

Ludouicꝰ in Turcas armatur.

Omnia iam dextro cedebant numine, quando
Ecce Palestinum phama est populariter agrum,
Impiaque in Christum minas spirare profundas

Pectora, uirtutis Princeps Lodouicus auitæ
Arma parat contra, ferrumque, alimentaque large
Destinat externum Turcæ graſſantis in orbem.
Non iter insolitum prohibet, non thetra Charibdis,
Christus enim ſummũ fraterni pignus amoris
Accenſo ex animo quantum non ante pependit.
Rhoma ſui iactat monumentum Cæſaris ingens
Vt qui transgreſſus Rhenumque Alpeſque niuoſas
Per modo deuictas tonitus concesſerit urbes.
Plus hic laudis habet Princeps, non Alpia saxa,
Non tam puniceum ſecuit Rubiconis ad amnem.
Sed quod Belgus erat. quod erat Logobardia, transit,
Et poſt Maſſiliam Tyrrhenum percutit æquor.
Percutit, ut ſæui populum de fauce Leonis
Ereptum, ſupero magnus ſibi uindicet orbi.
Iamque diem Phœbus ſparſit, quo conſcia Princeps
Arua per immodicos mutaret nobilis æſtus.
Omnis erat lachrymæ domus, & uox una, ſalutis
Næ male ſuccedant fugienda pericula Herilis.
Sola tamen cunctos uincit Regina dolores,
Nempe uidet caſus, ruituri præſcia montis.
Hinc lachrymæ, hinc triſtes concinnat corde querelas.
Lugentem coniunx ſolando talia fatur.
Non ſtudio eſt nobis unquam, non molior eſſe
Quo tua me abſentem fugiat dulciſſima imago,
Ipſe licet medias ſim trans mare uectus in urbes,
Trinacris aut ſaxo qua fluctuat alta triformi,

Tiberius alpes traiecit.

Belgus

Princeps lachrymanté Heliſabet ſolatur.

Trinacris

Nunquã hac mente cades, ſemper mihi proxima rerũ
Vxor eris, gemitus pone, ac ſuſpiria cordis,
Magnus in arma uocat nos Iupiter, anxia longe
Abſit ut immotum deuincat gloria pectus.
Impia gens Chriſti natoſque domũque per hauſtros
Obruit, & noto iubet olim cedere olympo.
Infera qui ſuperis nõ miſceat, hæc ubi noſtra
In tam deſpectis ignauia perferat oris?
Haud decuit luxus Primates, inter, & ipſas
Insignia ducum. Delitias, tantũ leuibus torpeſcere plumis.
Picta quid oſtendunt uirtutis ſigna paternæ?
Quid latus accinctũ ferro? quid pectore Thorax
Candidus? & fluxæ circum quid tempora criſtæ?
Nõ ſiquidem in cultũ ueniũt mihi corporis, atqui
Vexatũ Cœli populũ, miſeroſque fideles
Quo tuear, dulcéque feram ſuper æthera palmam.
Carolꝰ magnus. Aſpice belligerus nulli quam Carolus alter
Martia Cimbrigenis, patriis Hunniſque, Britannis
Hoſtibus, ob fidei ſacrũ diſcrimina mouit.
Qui nos aut umbras uacuas, aut robora trunci
Torpentes intra limen ſine Marte ſequamur?
Chriſtus in arma uocat nuſquam non dignus amari,
Noſtra quid eſt aliud uita hæc dum ſpiritus ore
Incalet, ambigui ſemper quã pugna trophæi?
Hinc, mihi dulce decus, cœptæ pars altera lucis,
Deſine ab innocuis lachrymis, nec ſcinde mariti
Intima. nam quidquid triſtis tibi ſtillat ocellus

In mea corda ruit, ſecus haud quã feruidus ignis.
Interea tu ſcœptra ſubi, tibi militet uni
Heſſia, perpetuæ ſpirans præſagia phamæ.
Nos dabimus cœptis acres fœliciter orſus.
Mox que lacertoſi tergũ ſuperinſilit uno
Cornipedis ſaltu, fugiens notũ impiger orbem.
Quod ſeſe adiunxit lateri, quod triſtia curſus
Ex æquo ſtuduit non falſa ſorte leuare,
Vxor erat nullis etiamnum fracta periclis.
Fama eſt, quom Ponti fugeret Rex arma Quiritum
Exul, & aduerſo caſus ploraret olympo,
Hipſicratæa uirum coniunx nõ liquerit, arma
Induit, ac ſumpto compreſſit terga Caballi
Robore, næue foret melior ſua/ſorte mariti,
Intrepidam rebus ſociam ſeſe addit iniquis.
Hæc ſunt centeno quæ mendax gutture cantat
Græcia, uel nugis quorũ eſt placuiſſe Latinis.
Ipſe ego non auſim pondus dare laudibus, unde
Gloria tam ſuperũ creſcit, quã commoda uitæ?
Vt ſimul optato ſolamine uterque uiarum
Functus, in abſceſſum reuocatur, & omnia mentis
Vulnera perculſæ redeunt maiora fricatu.
Ter conata loqui, gemitus ter reppulit ora,
Et qué non uerbis potuit, dat corde dolorem.
Aſt tandem lachrymæ quantũ, & ſuſpiria quantum
Concedunt mœſtis ſoluit madida ora querelis.
Siſte fugam dulcis miſera ſine coniuge Princeps

Hipſicratæa Mitrydaté ſequiſ equo inſidens.

Heliſabet ad Principé diſcedenté uerba.

Aut me deuotis ſociam ſimul adde periclis.
Quo fugiturus abis? quo te temeraria uirtus
Impulit? ut patriæ teneat non ulla cupido?
Nec uel noſtra fides, dextræ data dextera quondam
Næue inter lachrymas uxor deſerta moratur?
Perque ego te ſancti connubia fœderis, hoſce
Et fletus oro; (ſi quid ualet iſta precari)
Labentis miſerere domus, atque exue uotum.
O utinam illa dies nunquã luxiſſet, & o ſi
Nullus in Heſſiacis depaſtam uiderit agris.
Vel me iunge tibi comitem, ſequar uſque, nec ignes,
Non mare terrebit, uel ſi meruiſſe recuſes
De te nos quidquam, corrupto ſtamine parca
Sæuiat, & medios ſpretæ iam diſſecet annos,
Diſſecet hoc longi ruiturũ pignus amoris.
Sed quid ſtulta moror? ſanæ iam reddita menti,
Iupiter ædificat, mutat, rapit, addit, & aufert,
Ille meis finem lachrymis iubet, eſt tamen intra
Pectora ſubcluſus nihil heu quod ceſſerit ignis,
Dum calet immiſſæ ſacer aſſuetudinis error,
Error, in extremũ ſectos qui iungit amantes,
Hic me ſollicitat, ſe ſe hic ſimulacra furoris
Obiicit, & fletu uult ingemuiſſe/relictam
Helisabet ſuſpiria. Seu tuor ipſa domum, Pueros ſeu uidero in aula
Ludere, qui grati ſuſpirant nomina patris,
Et non inueniunt poſſint quem dicere patrem.
Quid tot cõmemorem caſus? quid triſtia rerum?

SECVNDVS.

In quæ propellar ſine te nihil inſcia ſortis,
O me infœlici iunctam tibi ſydere, quando
Atropos intacto donat quod ſtamine, rumpis.
Ergo age ſiqua precum ſedet aſſuetudo mearum
In te, ferto pedem retro, nec deſine Natos
Hos ſine patre tuos prædam fore. Iupiter eſto
Concitet in bellum, Patriã defende/nec ullus
In plebem graſſator eat, da iura petenti,
Et non hoſtis erit procul impugnandus, ab oris
Omnibus inſurgit, ſemper tibi bella parantur.
Semper adeſt miſſo tentes quem uincere tœlo.
At nihil uſque manes? lachrymæ nihil uſque morantur?
Perge igitur, ſaluum quo tum fœlitius urget
Iupiter, & longos æquo fer ab æthre labores.
Poſt hæc, extremis fugiturum ſuſcipit ulnis,
Dum ualuiſſe iubet ſortis ſibi gnara futuræ,
Exanimæ ſimilis, per brachia ſparſa pependit,
Et ſubito exorti uiresque æſtuſque doloris
Non eſt quod uiuo ſedarit pectore, Princeps
Lapſam ni pulcra reuocaſſet uoce. Quid ergo
Tanta, ait, in ſummũ mens eſt curſare Tonantem?
Vota perinde tuas ſcindat mox irrita ad aures?
Ipſe uocor, minus hinc doleas, non flebile quidquam
Hoc nos ſolatur, patriam euge reuiſere terram
Contenta uſque pares, longe o dulciſſima Coniunx
Et tibi fœlices notum bene poſcito olympum
Proſperirare dies, nec erit quod iniqua per arma

Principibꝰ i quõ pugnãdum.

Prĩcipis ad Heliſabet. uerba.

Nos fortuna premat, quoniam si presserit, inde est
Quom tua classifragis agitatur fluctibus alnus.
Postque extrema suas iubet oscula pergere in ædes,
Pergere / qua nullus fuerit Lodouicus, ut ægre
Per tot discessum tulerit dispendia uterque,
Indicio esse queunt lachrymæ / quibus ora profusa.
Hic dolet uxoris sortem. sed enim omnia præsto
Vidit uti, nunquam redituri triste Mariti
Ingemit illa malum, p̃sentis conscia læti.

Ludouicus in Siciliam pergit.

Ergo secat Belgos Princeps, post Itala regna
Linquit, & immanem celeri cursu impetit hostem,
Non secus atque Leo ferrum quem uulnere læsit,
Impiger excurrit dum percussoris in artus
Arma per, extensiq; minacia spicula nerui,
Proruat, ut uulnus suscæptum uindicet, alnum
In mare Tyrrhenum ducit, fluctusque benigno
Percutit Hippotade, undisonumque appellit in orbem,
Sicaniam triplici cingit qua culmine saxum.

Helis. domi lugubriter uiuit.

At Regina domi positis & Murice & auro
Delitet, ac superis deuoto pectore seruit,
Pauperibus uel donat opes, uel stamina torquet,

Imago Prīcipis Helisabet apparet

Hoc studii ambit opus. si quando absentis imago
Multa uiri admotæ similis, circūstat ad ora,
Quaque uadit trepidam sequitur, qua uertitur adstat.
Partim contemnit, partim non falsa timescit.
Nam comitem esse uidet, quidquid tentarit agendo.
Vt secum uoluit, metuit; turbata pependit,

In Cœlum tenſis manibus, ſic fatur ab ore.
Alme Pater rerum, noſtri ſpes ſola recurſus
Te ueneror, tibi ſacra fero, ſi dicere ſacra
Fas eſt, Turicremis miſeri quæ ſpargimus aris,
Fac age, ſi proſit, qualis nam Parca Maritum
Poſſidet agnoſcam, nec enim ſpes ulla quietis
Linquitur. ah quantum mens eſt p̃ſaga malorum,
Hinc toties & imago ſubit, timor omnia mœſtus
Membra ferit, trepido iam tum magis, ut loquor, inde eſt.
Poſtquam uota Deo necdum finita repandit.
Ecce uenit Siculis timuit quem nuncius oris,
Triſtia defuncti tranſportans fata Mariti.
Tunc dolor adcreſcit primū uincitque dolorem
Et quidquid luxiſſe poteſt examinis æſtu
Vnius occurrit, uiduos modo cogitat annos,
Iam deſolatos ullo ſine patre puellos
Perdolet, inque genas lachrymis incœpit obortis
Ingemere, ut magna fletus reſonaret in aula,
Qui cinis (inquit) erit, ueſtis quod dedecus atræ,
Vt caput, & totum diſpergam flebile corpus.
O ſine honore diem, nigro carbone notari
Dignior, o noſtri Princeps pars una doloris.
Hoc eſt quod dudum timui, iam mortuus exul
Sperneris haud ulla dignatus condier urna.
In te forte ruet graſſans ſine uindice Turca,
Aut nudum in ſummo deponet littore fluctus.
O utinam ipſa mori te propter iuſſa / nec ullum

Oro Heliſabet.

Mors Ludouici denunciat Heliſabet.

Heliſabet flebilis oro.

Dulcius esse genus mortis potuisse faterer.
Haud supersesse queo, uis est quæ ducit amica
Vt tua fata leuem citius, uel mortua rebus,
Viuida succũbam. nempe hac nil luce moramur,
Nil magis oblectat, mens altum suspicit, ex quo
Te sequar, & trepidas solabimur exulis umbras.
Hæc ubi, conticuit, nec enim lachrymæ omnia uerbis
Detexisse sinunt, altum sub corde dolorem
Comprimit, indictas sequiturque fugitque querelas.
Quid faciat/quærit, secus haud quam mœsta palumbes
Extinctu maris, in solo dum condita trunco
Triste gemit, frondes lustrans, uacuumque cubile,
Perdolet amissum quem non uidet esse maritum.
Dum se in tam diuersa rapit, nec quo pede constet
Inuenit imbellis, maior subit impetus æstu,
Et plenis sæuit pulsa Lybs arbore uælis.

Fortunæ iocus

Vt solet humanis rebus fortuna iocari,
Primo donat opes, opibus superaddit honorem,
Euehit, & ludit mundo dum lubrica caudæ
Ostendisse placet, quantum modo uexerat, alto
Deiicit, & ludos uulgo, & spectacula præbet.
Tum Deus istud agit, mortalia pectora fastum
Ocyus ut ponant, uanum ceu quidquid in orbe,
Pernoscantque aliunde datumque alio rediturum,
Aegæis quid membra ligat Bryaræia saxis?

Gigantes.

Quid tam Phlægræi maduerunt sanguine campi,
Fulmina dum sudat posuisse trisulca Pyracmon?

Illa Gigantæo quoniã gens ſanguine creta
Impia contemtrix ſuperum, rupto æthere pœnas
Et dedit, & cunctis exemplo conſtitit, iſtoc
Eſſe ſuum Cœlo donare, ergo omnia prudens
Vt didiciſſe potis, non moto pectore ſuffert.
Aulica turba quidem Regni de ſedibus actam — Heliſabet ab Aulicis eiicitur regno.
Deiicit, ac terræ primũ ſi acceſſerit oras,
Aut ignota fores confregerit, intus & extra
Nec ſpes tuta domus aderat, quãque ante beatam
Quæſito tituli Dominam ſplendore ſalutant, — Nemo Heliſabet hoſpitio recipit.
Hoſpite non ullo modo iam dignata, pererrat
Oppida, tecta, caſas, tentans ſi fœcerit olim
Quod dignum hoſpitio. ſed quo magis inter eundum
Quærit, & ex tantis pectus ſcrutatur amici
Hoc minus offendit, quem conſuetudinis ardor
Mouerit anteactæ, tanti eſt ſpreuiſſe repulſam,
Vt plus ille ſibi concrederet, & magis optet,
Qui minus admiſſam clauſas duxiſſet in ædes.
O genus Hyrcana ſæuum plus Tigride, uel te
Cerberus admoto nutriuit Anubide, Memphis — Anubis.
Impia, uel nigras crudi Buſiridis aras
Excoluiſſe dedit. non ſic immane Typhœus
Inueniſſet opus, cœli qom ſulphura tempſit.
Quanta ſubinde uiget ſimilis modo contio fecis,
Non pueris ſolum uero tonſoribus extat
Frigora ſi qua fremunt Bruma ſtringente, uel æther
Imbribus effundit nubes, per compita ſurgit

Horridus, & tecti pauper solatia quærit.
Atqui ubi plena subit glacialibus horrea uentis
Diuitis inclamat, qui tu, pro Iupiter, istuc
Repseris? o ciues succurrite, fur mea coram
Horrea compilat, seruam quoque fallere tentat.
Quod supereſt, altus rapitur, perque oppida sparsus
Dissilit. Heus ciues miser est, subducite fustes.
Tempestate mori trepidans sub tegmina uenit,
Huic qui præstat opem, Christū parat, impia quisquis
Ingerit æthernam cœli sibi uendicat iram.
Huc igitur migrans illinc, rursum excidit istuc,
Circumit, ut sæuos fugiens auis unica miluos,
Omnia pertentat, tuguri miserandaque oberrans
Iam subit, & tutæ congesta cubilia syluæ.
Vtque ruinosas conserto uimine ad ædes
Constitit, extincti Siculas emissa per oras
Ossa maris ueniunt cippo condenda paterno.
Læta exinde Dei mulier, quam tristia mittunt,
Obuia consurgit feretro, quod tegmine moto
Candida, perspiciens, intus uidet ossa Mariti.
Tangit, & affectat, sumptis madida oscula præbet
Relliquiis, tandem lachrymans ad sydera fatur.
Quanta tibi rerum bonitas O Iupiter adsit,
Oribus haud centū loquerer, mihi dulcia uitæ
Sustuleras, eadem modo iam ferme omnia reddis,
Nempe unum quo me soler pro tempore restat,
Vt quem non uiuum licuit, post fata remissum

Paupere mi seria.

Helis. oberrat hospitium q̄rens.

Ludouici ossa ex Sicilia missa.

Helisabet oratio.

Seruarem patrio fratremque uirumque ſepulcro,
Hæ nunc relliquiæ noſtri condentur amoris
Pingnus, in æthereos dum mens conceſſerit orbes.
Dulciter ergo uale ſuperis commiſſe, beata
Spiritus aſtra tenens. ualeat quod mitior ambit
Tophus, & exundans lachrymis diſcedit, ubi inter
Cinnama ſpirabant Caſiæ, quis corpus inunctum
Triſte ſuas ritu terras ſubiiſſet auito, — Principis of ſa inuncta ſepeliuntur
Marmor erat mediis iam tum ſpectabile templis
Artifici exactum torno, ceu fertur amica
Coniuge Mauſoli Cares ſtatuiſſe ſepulcrum — Mauſoleũ.
Huc poſuiſſe libet. magnus qom iuſta Sacerdos
Sacra parans, animo ſublato in ſydera dixit,
Accipe ſumme Pater ſacra hæc, ut Principis umbræ — Sacerdotis oratio.
Non leuiore tuos pompa ducantur in orbes,
Quam nos Relliquias terræ committimus, & quem
Noſtris collibuit uiuum ſubducier oris,
Funera poſt, Cœli ſumas in Regna beatum.

IN VITAM HELISABET LIBER TERTIVS.

Aec fatus, lachrymis humecta fidelibus oſſa
h Sarcophago condit, populi quod cõtio ſpectãs
Præcipitem Heroos partim miſerata ruinam
Ingemit, & mundi partim nihil eſſe perenne
Pallida diſcedit, perculſaque pectora tundit.
Cum ſpes nulla ſoli, Viduam, aut optabilis ardor,
Cœpit habere, aurum, gemmas, corallia, byſſum, — Heliſ. omnẽ ornatũ abii cit.
Bracteolam, ſtrophium, dotis monumenta paternæ

Abdicat, ut fractis rebus, ſibi pectore caſſo
Aethera peruolitet, ſolum quod conſcia ueri,
Et rapit, & nullum cogit non ferre pericium.
Hoc tu Chriſte orbis magnique parenſque redemptor
Efficis, hocque iubes, quod dulce, quod utile mundo
Id tibi diſpliceat, ſic in contraria uoto
Scinderis a noſtro, nihil ut non triſte ſequaris.
Te propter fluctus tentat, quibus acrius ære
Obſtat, & immiſſos uno conamine uentos
Aeolio impellit repetitis poſtibus antro.
Et magis iſta ſtupet uulgus iuuenilibus annis
Dulcia poſt, lecti genialis. robora, contra
Tot ſumpſiſſe dolos. Et eñ quos ſanguine iunctos
Pœonio accepit, melioñ ſorte dicandam
Connubiis cenſent, peius quod noxia mellis
Sorberet, noto tetigit qui dulce palato.
Verum Diua potens cœleſti munere, carnis
Exuperaſſe focos. Paphiæ ludibria temnit.
Vt magis atque magis ſuaſu molitur amica
Contio, næ imprudens cedat, timor occupat. ergo
Chriſte Dei uirtus (inquit) ſanctiſſima Virgo,
Quem, tibi ſola parens genuit, tu pectora caſta
Obſeruare ſoles, noſtris ſuccurre querelis,
Nec patere hoc alium corpus tetigiſſe maritum,
Ipſe olim pol teſtis ades. tua ni mihi iuſſa
Saluæ operæprecium carni præferre fuiſſet,
Hoc mihi nulla caput uælaſſent flammea, tute

Chřus mundo ſemper otrarius

Heliſabet denuo nuptui tradere uolunt.

Orat Heliſabet ne alteri maritoiũgatur.

Vrgebas. læsi suberat qom causa pudoris,
Id tentasse satis, qm̃ per lubrica cogit
Pergere, & in densas animũ disrumpere uepres,
Vt quo plus sequeris, tanto magis obuia captet
Pectora, nec tergum monstrat, ni cesseris ipse.
Vsque adeo se lenta Venus per corda, per ossa
Spargit, ut in nullo sua non uestigia linquat.
Tum quod corde nequit recta, Stygio usque furore
Impetit, & missis subter præcordia tœlis.
Hoc queror, hoc sumpto findit mea pectora ferro.
Vnus erat rerum cursus, finisque laborum
Quo tibi casta meo uiuam sponso. impiger ex quo
Concidit, hos clauso fugiens Vir lumine soles.
Ast obstare domus parat ordo, & personat aurem,
Et noua molitur succendia. quo pede lernam
Quam paulum egredior, repetam ueterique capistro
Ora inuita ligem. te quod uoluisse ego credam?
Tutius infœlix emittar ubi ultima Tyle
Solstitia alta secat, dubia uel luce, uel umbra.
Sed quid stulta pcor dispendia? tu mihi custos
Perpetui tu semper ades mihi cura pudoris,
Quo sine Penelope nomen meretricis habebit.
Fac age uota domus mutes, tibi cætera uitæ
Offero casta meæ. Veneris nec machina quidquã
Proderit. ipse tuam contra tutabere sponsam.
Tum quas sola tenet famulas, noua pectora, firment
Hortatur, superisque magis nil uirgine gratum,

Venus animũ disrumpit.

Tyle.

Helis. hortatur puellas ĩ pudicitiã.

Exemplo esse docet. Diuumque hominũque parentem
Non e Troiugena, non Crassi diuitis albo
Marmore progenitum, sed castæ in sancta puellæ
Viscera de summo Cœlorũ culmine lapsum.
Assiduo ista monet, repetit, commendat, & illud
Sæpius humanæ quoties exorsa salutis
Principium, causasque uelit ceciniſſe perennes.
Nec tam dulce sonat, uernãti tempore lucus,
Atthidis insomnes reddunt ubi inania cantus.
Incitat, accendit, quidquid natat ore beato
Christus id est. Christus, ceu totam in uerba dediſſet
Euolat, arcana subnectens omnia uoce.
Ille maritus adest, tutor, spes, candor, amicus,
Quo sine nulla placet mundi dulcedo, nec ipsum
Viuere, tam cœlos animũ conscendit, ut esse,
Mox aliud pulcrum quã nos quod ducimus, optet.
Vnde liquet, sanctos tacito qui numine diuum
Deperiunt, carnis minimõ subsistere, quando
Aethere submersi, rebus moriuntur ad unum.
Templum est extremis positũ radicibus urbis
Quod Diuam struxisse ferunt, ut personet hymnos
Insertis niueus crucibus chorus. haud procul ingens
Hortulus arcani seiungit limius ædem.
Huc Regina locans uiduos sine nomine menses
Delitet, Herculeis nihilo minor optima rebus.
Et Porphyriacas clamydes, tyriumque decorem
Abiicit, in pullis natiuo tegmine lanis

Atthis luſcinia.

Christ9 sem per i ore Helisabet.

Templũ Helisabet i urbe Martipurgiana.

Helisabet i sacello delitet.

Seque, ſuaſque ornans, bellum parat, haud minus acre
Quam Cretenſe ferunt portentum Theſea contra.
Admouiſſe bonũ, nihil hoc, quãquã Hectora, Typhim
Aeaciden, Codrum, Fabios, & robora Martis.
Græcia quot cantat, cantat quod Rhoma dediſſem,
Has cupimus nugas, hæc pietæ præmia laudis
Suſpicimus, miramur, uti quod nomine dignum
Centeno ueniat, dux inuictiſſime uiue,
Viue parens patriæ, ſic ſtant monumenta, nec igne,
Aequore nec ſæuo, noſtrum ruitura per orbem.
Atque perinde uenit, titubanti gloria paſſu
Sic fugit, & ludos mortalia pectora reddit.
Aſpice Pompeium deuicti nobile mundi
Exemplũ, quem terra tremit, quem Cærula Thethys
Claſſibus impoſitis trepidat. ſed Theſſala rura
Eripuere decus tantillum uindice Iulo.
Quæ ſi cuncta uelim uiuis committere chartis
Monſtra, dies citius quã res deliquerit. Ex quo
Non procul eſt hoſtis quærendus, uictitat intus
Corpore, nec quidquam pungit ſurcinius, omnem
Huc extende modum belli, uehementius inſta,
Et nectes uiuam cœleſti fronde coronam.
Salua ut mente Deo uigeat Regina, capiſtro
Membra domat carnis, fraudes & ſtringit Auernas,
In primis duros macerato corpore uillos
Induit, euge Cilix quos tu ſumpſiſſe timeres.
Adde cibi pœnam, noctes, ieiunia, fletus,
Quidquid agit carnem, quidquid ludibria mundo

Inanes mũdi laudes.

Pompeius

Heliſ. carnẽ domat.

Efficit, hoc optat, conserto examinis æstu
Ocyus irrumpat. nec enim satis omnia censet
Et bene digna pati, risus opprobria, linguas
Vno animo suffert, tantillum curat inane,
Non derisores ut solum perferat, atqui
Confouet, & summo gratos commendat olympo,

Stephanꝰ a Saulo illusꝰ

Nouit enim Saulum Stephano illusisse profano,
Vnde sequuturi Paulus tuba prodiit orbis.
Est nemus aerei fusum per culmina montis,
Haud procul urbe iacens, medio quod marmore stratum
Scindit iter, sacro donec de rupe sacellum

Sacellum s. Crucis.

Hæreat, atque Crucis sanctæ monumenta resignet.
Adde decus fontis claras nascentis in undas
Perpetuum cui uena salit, cui frigus opacum
Frondea tecta ferunt, ut sparsi scilicet orbis
Contio (fuluiconi properans in terga Leonis
Quom solem æstus agit, siccasque Canicula messes
Decoquit) ora datis inhiantia proluat undis.
Hic pedibus sueuit silices transcendere nudis

Signum pedis in silice.

Perdius. at nugax iam næ tibi fabula carmen
Crœdatur, nudi signum pedis intus in imo
Perspicuum lapide offertur, quod frigora Brumæ,
Saxaquæ contemnens diuino robore pressit.
Quo dum sæpe ultra citraque (ut funera Christi
Tristia uoluebat memori sub pectore) migrans
Transierat. quisquis miseram nec tangit, at una

Panſa anus, & nullis furiis non acta, maligne
Obruit aduerſam, cœnoque lutoque iacentem
Impia deridet. Mater quid? ſurgit, & ægre
Nil magis iſta ferens, deterſis ueſtibus, almũ
Excoluiſſe Iouem pergit, qui ſemina terræ
Continuis uerſat probris, diſcrimine, uentis,
Per ſexcenta polo ueniant ut digna pericla,
Non uetulæ acre dedit uerbum, ſed lumine ſæuam
Aſpicit admiſſo, & ſuperis cõmendat amice.
Hac in merce fores Cœli pulſarier, atque
Multimodum legiſſe bonum, ſibi conſcia norit.
Id que adeo, ut Fanum collecta ubi mente beatum
Intrauit fixis oculis altaria Iuſtrans,
Sydera corde uolat ſupra, Diuumque pererrat
Munia quis Cœlum conſtat, quot præmia ſancti
Decurſus redeunt. uiduas hic cernit, & omneis
Vincula fructiferi tulerint qui ſalua cubilis,
Virgineoſque choros, roſeoque in ſanguine teſtes
Conſpicuos, qui cruda mali tormenta Tyranni
Contempſere, uidet, quid multat hic omnia Cœli
Agmina concurrunt, quæ, ſi linguæ organa mille,
Mille ſonus uocum, nemo ſat dixerit unquam.
Inde animi ſurgunt uires, hinc robora ſumit
A mundo diuerſa audens. ceu qom freta uentis
Inuia, & excluſam ſperato littore puppim
Exagitant, circum magno undique uoluitur æſtu,
Nemo ſecat fluctus. inter diſcrimina nemo

Heliſab. ab anu in lutũ turbatur.

Heliſa. ĩ cœlis arcana uidet.

Effugere ausus ineſt, expers ſuper æquore quiſquis
Ludit, & antiquam ſumpta tenet arbore proram.

Ennoſyge9 Atqui unus falſi poſtquam ſcelus Ennoſygæi
Comperit, & mentes pacto hoc deludier ægras,
Protinus emiſſam reuocatis uiribus alnum
In fluctus urget ſæuos, atque æquora rumpens
Enatat, inuitis ſociis, & littore conſtat.
Martia ſic audet, ſic uaſti crimina mundi
Præteriiſſe ſtudet, multis ergo obuia turbis
Diſſilit, ut fœnum redeunti turbine pulſum.
Et Duce gaudebat magno, caput intus amatæ
Quandoquidem ancillæ gremium ponebat, ubi ore
In Cœlum miſſo, paulatim læta refulſit.
Et mox in gemitus ſuſpirians proruit altos,
Ancipiti affectu, pars cum bona temporis acti
Labitur, ancillam factum tenet, ocyus ergo
Surgentem obtundit, quis facti ſciſcitat ordo.
Cui Regina, petis noſtræ ſoror optima, rarum
Heliſ. ad ancillam Conditionis opus, quãquã mihi fœdere iuncta
Perpetuo, ut conſtet commune hoc uiuere noſtrum.
Hoc ægre expromo, ſed enim cape. uidimus æthra
In geminum ceſſiſſe latus, ceu fulmina utrimque
Heliſ. ex altis Ieſum uidet. Qom ruitura ſecant, medio ſeruator IESVS.
Conſtitit arridens, & cæſi pectoris ictus
Deſuper oſtendit, noſtræ monumenta ſalutis.
O plenam effigiem, pulcri. o dulciſſima uultus
Ornamenta ſacri, quis te aſpiciente recuſet

Occurſare malis hominum? tu ſolus ad omnes
Conſolator adés, tum robur nobile caſus.
Tu mihi numen eris, tu ſpes, tu proxima uitæ
Cauſa, per incœptos trepidam deducito curſus.
Hæc poſtquam, exanimi ſimilis, labente pependit
Corpore, & ablatam monſtrat ſuper æthera mentem,
Atqui id ſæpe facit, certos e carcere lapſus
Spiritus ut poſcit liber, magis hocque beata
Si delubra tenens, hominumque Deumque parentem
Suſpicit, & cœlo deuota precamina ſoluit.
Forte ſubit dulci mulier comitata puello
Nobilis, ut gnati curaſque decuſque repandat.
Hunc ubi Diua uidet, tantillo in corpore luxum,
Perdolet, inque altum ſuſpiria longa reſoluens,
Quid Puer iſtud (ait) mentis decus impia Ditis
Antra ſubire facis? certis non finibus optat
Ornari, & prodi cultu natura pudico?
Qui Cœlum memorem? nihil huic uiolacea curæ.
Non gemmas, aurum, nitidi non ſuſpicit orbis
Ornamenta, bonum eſt aliud quo ducitur, audi,
Si tibi forma decens, pulcro ſi corpore ſplendor
Allicit humanos oculos, pol dedecet atrum
In pectus ſparſiſſe malum. nec nomina quidquam
Deiicit uſqueadeo cœleſtis ab orbis honore,
Vt faſtus luxu ſpectabilis. Euge malignus
Quam ſedet in pulcro (quidam tulit) hoſpes amictu.
Viuimus hoc pacto, facinus ſine legibus errat.

Heliſ. mente in cœlū rapitur.

Heliſ. i adoleſcenté nimis comptū repræhēſio.

Platōis documentum

Turpis i pulcro amictu hoſpes.

Ergo ſuperlato tandem reſipiſcito ſenſu,
Reſpice quam nudum mater te flebilis arctas
Fuderit in cunas, quid te Deus æthere iuſſit
Haurire, & molleis hortatus pone colores
Mitte parum ipſa pcer te propter, quo tibi prudens
Redditus hanc culto ſpargas e corpore peſtem.
Fata erat, & motis cum mente ad ſydera palmis

Heliſa. pro adoleſcẽte orat.

Tam ſancte Cœlum nunquam uelut ante perorat
Orat, ut in ſtupidi ruerit penetralia cordis
Is calor uſque nouus, ceſſantem Iupiter orbem
Quo bonus accendit. Iuuenis, pol, murice ſpreto

Adoleſcens ad deũ conuertitur.

Torquem de collo, uirides de pollice gemmas
Abdicat, & fili natiui tegmina ſumit.
Quamque olim comptum mundo placuiſſe labori eſt,
Iam modo, diſperiam, ſuperis ni perſtudet oris.
Hoc eſt mentis opes quærens, cum Murice faſtum
Ponit, & admiſſum capit intus pectora numen.
Altera lux undis Phœbum produxit eois,
Et uetus in ſtudio uirtus, & ſumma remanſit.
Quidquid nempe tenet rerum, diſpertit egenis
Pauperibus, quos flaua dedit Duringia, & omnis
Heſſia. theſauros non ſolum atque aurea ſigna

Heli. i Eleemoſyna largiẽda perſeuerat.

Diuidit in turbas minimo cum maxima quæque,
Vt uel Byſſus adeſt, uel tincti uelleris oſtrum.
In cunctos ſine fine locat, dum prouidus atri
Diſpenſator opum metuens diſcrimina, pronam
Amouet, idque magis. duro quod uerbere pulſat

TERTIVS.

Præscriptam si qom neglecto limite metam
Exuperasse uidet, nec ob id tibi fabula nostro
Carmine inanis erit, tanto quod sanguine Diuam
Tergora poscenti toties cædenda Magistro
Demonstrasse, feram. celsi sic atria olympi
Non modo noster amor, dux, & spes libera, Christus
Euinci docuit, uero grex omnis ad unum
Sanctorum primi iurans in signa triumphi,
Non nisi deuictis rerum tutoribus ibant.
Hoc iter in Regnum nullis non uepribus ultra
Citraque implicitum, quid enim Deus atria uitæ
Lucida sic cunctis prudens obduxerit altum?
Quid stygios super ima lacus, terræque profunda
Ingenti posuisse oris rictu foret? illa
Herculeis ni ausis arctum per limen, & ipsum
Vix usu longo facta referabile claue,
Quod ueniant, Hi sponte patent, sceleroſaque mũdi
Crimina disruptis non frustra faucibus urgent.
Hac iter ut multis, dolor o, nil tritius extat.
Quapropter celsus paucis tam peruius orbis.
Cui dum intromissis appendit carbasa uentis
In dextram Regina uolans, nihil æstimat ulmi
Verbera, nil curas hominũ, sed pectore toto
Sydera conscendit, Christique in uulnera sese
Purpurea abscondit. mundi næ rebus inanis
Tangatur. quid nam carni caro præstet? ab omni
Nimirum tam parte dolens, tam saucia primo

Helisa. poscente mgro terga cedenda dabat.

Cœlũ quare altum.

Infernꝰ qd tam profũdus.

Caro tantũ peccare nouit.

Crimine, dumtaxat sceleris quod conscia duret.
Hac igitur qui recta petis, næ lubrica rerum
Crocodyl9 Seducat species, secus haud Crocodylus, ut aiunt,
Niliacis productus aquis, quem uiderit aufert,
Mitius ac multo, lachrymis quia largiter ortis
Ante dolet periturum hominẽ quã deuoret, atqui
Mundus agit semper cupidos nec desinit esse
Ausa mali, ut quantum propius concesseris, audax
Tam mage pectus habet, uiresque adquirit eundo,
Haud aliud mea Nympha uolet, dum fama deorum
Aurea, & in multis uidit rutilantia gemmis
Helis. super uacuũ i templis cultum dammabat. Ingemit hoc aurum, dicens, magis utile turbis
Pauperibus foret, unde Deis de marmore templum
Exurgat uiuo, quid enim cum murice Cœlo?
Cœlo, quod tantum nascentia pectora curat?
Iesus Audi quid magnus docear saluator Iesus,
Pauperibus qui impertit opem, qui frangit egentĩ
Et Cererẽ, & Baccho reficit, uere ille beatus.
Quid? tibi sacrarum uoluatur pagina rerum
Tota, nihil statuis aderit quod iuxeris auri.
Esto autem inuenias, lex stat mox addita, quando
Nulla tibi resonant miseris rogitantibus assem
Compita, & amoto reticet languore crepido.
Tum tum constituas Fani decus, aureus adsit
Aureus Petrus. Petrus, & ex nulla Paulus non parte sit aurum.
At minus hoc Cœlis dignum crede, inter agendum
Ni fastus desit mentis, quo maxima turba
Afficitur, quid? totus habet nisi pectora Christus

Candida, & exacte nullis obnoxia rebus,
Pars tibi ficta agitur, næ quidquam Murice ſacrum
Altare inſignis, & uoto obtundis emaci,
Vllo nempe Polus fuerit ſi uenditus ære, Cœlum nõ
Pellæo dudum caruiſſent Tartara rege. emit auro.
Nunquam Crœſe Stygos tanta inter pondera cymbæ Crœſus
Flumina tranaſſes, nimirum argentea præſto
Copia ſemper erat, minus hoc, nam pinguior omni
Et Craſſo, & fuluis Pactoli Plutus harenis,
Præſenti Cœlos ſoluiſſet protinus auro.
Aſt tibi nulla uenit terrena portio merce,
Pectora peruolitant, Hæc ſolum clauis in omneis
Sparſa fluit gentes, procul hinc, procul eſte caduca
Munera, nec ſuperos aurum capit, & minus hæc mens
Cui ſua perſuadet uilem dare gloria terram.
Sed quo ſtultus agor? quo nam te Muſa uagantem
Immiſces? aliis largo quibus æthere uirtus
Contigit, hoc Cœli ſacrum dixiſſe faueto.
Longe aliud nobis cœptum, farrago laboris
Pœonia de ſtirpe fuit generoſa propago,
Iſtam rite canam, recta quæ in ſydera rarum
Vſqueadeo monſtrauit iter, quo tempore primũ
Exuit infantes aſſumpto robore cunas.
Atqui alias quæſiuit opes, non fulgidus Hermus Heliſabet
Quas dare conſueuit, ſed longi dura pericli, aduerſa ſu-
Verbera, fortunas, riſus, ludibria, turbas, bit.
Tũ quidquid nõ ſana poteſt moliriet orbis

Ambitio, conſtans nullo perpeſſa dolore.
Ardua ſic uitæ non uano tempora curſu
Vixit, luctantẽ donec bonus æthere ab alto
Heliſa. morbo correpta in cœlũ reuocatur. Iupiter in ſanctos reuocat, finemque malorum
Eſſe iubet, morbus ſiccatas corpore uireis
Arripiens, cunctos graſſando ſæuit in artus
Non adeo ſpes lucis erat, nec ſi qua fuiſſet
Vllus amor properantem alio tenuiſſet, ab una
Tam parte offenſis tergum dare rebus inaudet,
Ex alia mundi tacitas amor explicat alas,
Et deſyderium turbat, nam ſuauis amica
Contio, dulcis item ſobolis ſine Matre propago
Mors amara. Ad ſummã cunctos ſuperat mors una dolores,
Quando mori certũ eſt. ſed quem te Iudicis ira
Aut bonitas tandem eſſe uelit, nõ conſtat, ubi inter
Tot curas diuerſa ſibi proſcinditur, ullus
Suffugii næue eſſe locus, nec ferre dolorem
Suſtinuit quidquam in terris. Deus unicus alto
Ecce aſtans, dubiam ſic tum ſolatur amicam,
Heli. ex celſis animat. Quid trepidas? quid triſte gemis mea Heliſabet? euge,
Num te mundus habet? num tot paulo ante per atrum
Bella Chaos poſitis fugiebas pulſa ſagittis?
Siſte pedem, namque ipſe adſum, tibi pectora ſume
Fortia, quando Ducem cõtra pugnabis Auernum.
Hæc ſiquidem ante actæ ſuberunt uelut ultima uitæ
Prælia, ſic cunctis longe magis acria ſurgunt.
Ergo age ſponſa ueni, multis comitata periclis

In mea regna uiam. secus haud nempe itur in astra.
Pectore uerba capit, sensumque effringit inanem
Assiduumque parat rebus cum corpore bellum.
Haud aliter, turdus lusi qom retia uitat
Aucupis, ipse catus fosso iacit irrita rure
Pabula, iam cantat, iam semine contegit agrum
Atqui ipse emissum citius super aera funem
Effugit, atque doli noscens, nec carmine quouis
Allicuisse potes, tantū modo displicet error,
Omnis uti leuior fuerit discriminis æstus
Quam per uertenteis animū disperdere culpas.
Oceano ter Phœbus equos immersit Hibero
In que eadem iam stagna redit, lapsurus ubi alter
Lumina mundus habet, nostris fugientia terris.
Qom Diua in fatum propensior, omnia Christo
Commendat, nec enim prorsum intestata moriri
Sustinuit, Christum cunctis in dona relinquens,
Ingens nimirū mendicæ contio plebis,
Inque unam producta domū, noctesque diesque
Offitii spectabat opem, quam mater ut omnis
Posteritas curet, tanti monumenta laboris
Mandat, & in roseo coniurat sanguine Christi,
Non uideo quod nam signis commiserit aurum,
Non tabulas quis læta domus sibi munera raptim
Sperarit. Vos o maior quos sanguinis ordo
In magnas profudit opes. uobis loquor, & me
Nullius insanum liceat risisse cerebri.

Heli. Christū testamēto reliquit.

Helisa. pauperes i testamētū locat.

In testamẽ-
torum stu-
diosos.

Quæ uos cura mouet, quantus labor excitat ægros
In prolem sparsisse domũ, tot iugera campi,
Palpatoris erit nec pars minor, optima quæque
Ad mechos ueniunt, & nomina conscia praui.
Vel pietas si quem, raro id tamen obruit, auri ut
Nescio quot prædis, quo sacri fœnoris usu,
Portio nacta deis cedat, tunc cespite nudo
Est operæpretium surgant noua templa, nec usquam
Certior in superos patuit uia. nemo per orbos
Dispertit quidquam, nemo uel pauperis esse
Aut memor, aut una uentrem depellere quadra.
Discite iam miseri sanctæ uestigia Matris,
Et meliora sequi, uel causas dicite, falsa
Exempla unde fluunt, quibus extra limitem honesti
In tam diuersum confessio discolor urget.

Barptholo-
meus. S.

Regia quid soboles rebus post terga relictis
Barptholomæe tuis dederas? quid dulcis Iobe?
Est unum quod me paulum dixisse iuuabit,

Lauréti9. S.

Magnus Rhomanæ iuuenis Laurentius Aedis
Præmissi iussus thesaurum prodere Sixti,
Multam inopum turbam simul ut congessit, hic infit
Pontificis thesaurus inest. quem nemo Tyrannus
Sustinuisse potest. quid rem? quid munera terræ
E Christi uulgo torques? uel cæcior omni

Miseri Chri
supellex.

Talpa. num cœli miseros quod larga supellex
Obtegit, aduertis? facilis quam gloria mundi
Labitur, atque ingens frondes post concidit arbor.

Pauperibus quid opum impertis. non interit unquam,
Sed magis in ſydus ſcallas parat, atque perinde
Gratum eſt, ſi menſa Chriſtum fouiſſet Ieſum.
Non aliud Martinus agit, qui pallia lætus
Scindit, & ex alto uox quid ſibi conſcia, dixit,
Martinus fidei Tyro/hac me ueſte tegebat,
O miſer hinc diues normam uitæ accipe, quando
Aut raro, aut nunquam pauper tua limina calcat,
Immemorem cunctis ſi forte abſumpſerit annis
Pernicies, dubiam ſaltem qui claudere lucem
Cogeris, Hic minimas tollat de munere partes.
Aſpice pauperiem quanti Matrona beatam
Aeſtimat, uſque bonis adeo quã donat, ut unam
Vix ſeruet ueſtem qua tum ſubitura iaceret
Extremũ tellure rogum. tam nil fuit ægram
Et prope defunctam. funus curare, uel æqua
Hæredes trutina cupidos diſcindere Gazæ,
Vt minus haud quidquam faceret, quã uota tabellis
Commendare uagis, & litem condere rebus,
Vt iacet, ut fatum iam iam properantius inſtat,
Quiſquis adeſt pulſu cordis ſtigante dolorem
Ingemit, & ueris reſonant ululatibus ædes
Quod bis terque ferens. nec iam libet amplius illud
Suſtinuiſſe Polo ſoboles digniſſima rerum
Quid iuuat has (inquit) lachrymas fudiſſe, quid ipſam
Naturæ legem prohibere? aut dicite quorſum
Gignimur, an cœlũ uiuenti hoc corpore cuiquam

Martinꝰ. S.

Heliſ. ex bo nis unã ueſtem ſeruat in qua ſepeliatur.

Heli. flentes miniſtras increpat.

Venerit? aut uanos iam tum deponite fletus.
Ah nimis eſt ſtultum contra contendere fata,
Fata, quibus rerum ſeries commiſſa pependit.
Nos ſic quippe uocat cœlum, mors omnibus æqua,
Nec minus in Regum graſſans quam pauperis ædes,
Prima iacit uitæ melioris ſemina, corpus
Soluit, & egreſſus animæ parat, utpote cæco
Carcere quæ dudum uires, & robora priſca
Perdidit. ad ſummã, mors eſt bona, ſed tamen uni
Naturæ nuſquam facilis, quod ſtamina uitæ
Rumpit, & ambiguum pro certo mittit in æuum.
At nobis maior ſpes eſt & firma redemptor
Chriſtus, in optatas poterit qui ducere ſedes.
Hinc nihil in caſu dolor occupat, ocyus & uos
Mittite ſic fruſtra corrumpere lumina, quando
Corpus ut in uiridi frangetur ſemen agello,
Et niſi ſub medio granum crepat, utile culmen
Haud ſurget, potius crimenque ſceluſque piandum
Intus, & in triſti uoluatur pectore, dixit.
Et nemo deinceps fruſtratum reddere fletum
Auſus, in abſtruſo tacitum fert corde dolorem.
Tempus erat uerſo currum temone Bootes
Flectere quo tendit, muto & uaga ſomnia mundo,
Altaque diſcurrunt mediis obliuia tectis,
Cuncta ſilent, Matri ſolum dixiſſe placebat,
Et dixiſſe parum eſt, cecinit puto, quale retorti
Ad uada Mæandri cygnus ſolet, ultima ſi qom

Mors naturæ difficilis

Corpus in morte ſemi natur.

Cygnus

TERTIVS.

Dulcior arguto ſolatur funera cantu. — Heliſa. ante
Hoc (ait) eſt tempus centeno carmine dignum — mortẽ oño.
In lucem magnus uoluit quo naſcier orbis
Conditor, & noſtræ primũ dare ſemina uitæ,
Elyſio quod cana patrum uocat optio, magne
Naſcere magne Puer, Cœli rorate ſalutem.
O Phœbi noctiſque Deum, rerumque parentem
Quid celſo in terras mouit? num perfidus ipſe
Mortalis? num ſacra boum? num ſanguis iniquus?
Sed tua detraxit bonitas, amor, atque uoluntas,
Quo te uirgineo (dictu mirabile) templo
Credideris, toto nec comprenſibilis orbe.
At quid reddit homo? quid enim niſi munera reddat,
Quæ tulit ex læſo natiui ſeminis ortu?
Quippe ſcelus, fraudem, periuria, crimina, faſtus — Hominum
Conditionis opes noſtræ, tibi gratia ſola — opes ſunt ui
Quæ poterit quẽquam facere & ſeruare beatum. — tia.
Ergo Deus claro præceps collapſus olympo
In carnem, ſerui cultumque habitumque pudendi
Aſſumpſiſſe iuuat, quid nam præſepe? quid exul
Et procul igne domus, nudis uix poſtibus hærens?
Frigora quid brumæ? quid mater ſola? quid omne
Paupertatis onus? Regem ſic terra Deumque
Excepiſſe uelit? miſer at nec inutilis ortus,
Et puer & craſſus media inter ouilia paſtor
Quem uidet, a byſſo, doctis, rerumque magiſtris — Paſtores de-
Abditus, hoc ſiquidem propter quod nemo ſuperba — um cogno-
— ſcunt.

Corda per immundũ, fœlix ſibi, nutriat orbem.
Quoque magis faſtus prohibes, tanto acrius inſtant,
Et ceu Lernæus ſerpens opus Herculis audax
Mox centum capita ex uno naſcuntur adempto.
O ſcelus humanũ, ſolis o faucibus Horci
Perdignum genus, in medio non erigis ora
Sole, nec ad pulcros Cœli petis aſtra uocatus.
Tu non contentus naſci Chriſte alme fuiſti,
Chřus pctã nřa tulit. Cuncta ſed innocuis humeris delicta repoſta
In mortemque Crucemque rapis, tanti fuit unum
Conciliare hominẽ, gremioque tuliſſe beato.
O amor o magni bonitas æterna parentis,
Quis non concinnet laudes? non carmina pangat?
Carmina perpetuo grates reſonantia ſæclo.
Ecce ego de cunctis ſcelerum ſentina piandis
Maxima, quo fugiam ſine te? quo carbaſa pandam?
Tu mihi ſpes ætherne Deus, ſeruator Ieſu,
In te dulce mori, dulce in te uiuere, quidquid
Te ductore feram libitũ eſt, nos dirige, mortis
Vtcumque indomitæ ſtringunt per nigra cathenæ,
Sparſaque deficiunt liuenti corpore membra,
Tam nihil eſt mundo conſtans, tam uita caduca,
Vt prius incipias quam uiuere, ſtamina falce
Fata ſem- Parca ſecet dura, primo mox limine, tempus
per affident Fata ſedent totum ſemper ſpectantia uitæ.
uiuentibus. Hoc eſt nimirum quod cultus, gaudia, honores
Nomina, diuitias, ſcœptrum uel ſanguine fratrum

Affectare libet, quorum pars multa fatigat
Et ſtudia, & niſus hominum. nos ſolue, nec uſque
Sic errare ſinas, ſatis eſt quod uiximus, unum
Poſcimus, aduerſæ laſſatam ſubtrahe carni,
Subtrahe, quam rebus, titulis ornare paraſti,
Vnde tibi grates referoque habeoque perennes,
Qui me præteritis ſaluam retinere ſub annis,
Non modo contentus, claro niſi ſtemmata regum
Sanguine coniungas, ſed quid genus iſtud auitum
Proderit in rarum uirtutis condier album?
Auſpiciis ſunt plura tuis et nomine digna,
Quandò hanc e Cœlis animã per corpora ſparſam
In Cruce ſaluaſti dura, generoſe Redemptor.
Fundis & in tempus pulcri quo gratia uultus
Largiter effulſit credentibus, & quia Turcam
Aut quouis falſi potuiſſes carmine monſtri
Linquere peccantem, uerum Deus, optima quæque
Vt uerſare ſoles, placuit nos lumine, (cæcum
Quod mundum illuſtrat) ueri cognoſcere ſacrum.
Pone igitur quocũque libet, tibi tota ſuperſum,
Quid nam aliud, quid ſtulta precer? quando ultima rerũ,
In te ſpes hæret, noſtros bene uertito curſus,
Soli confido, ſoli mea tempora dono,
Collibet in terris ſi plus luctarier, opto,
Nec iam diſpliceat bellum, ſeu frigida mortis
Nubila præponas, tua ſum, uel Tartara rete
Mœſta iubente petam, nec ob id tua ſancta tacebo

Heliſ. Deo grates agit.

Heliſa. deo iubente qđ. uis ſubire uult.

Nomina, ſemper eris nobis Deus. hoc ego nuſquam
Irrita polliceor. donec nos lumine præſto
Aſpicere ipſe uelis, ſpes, ſuffugiumque decuſque
Spiritus hic noſter ueniat tibi, cætera ſolus
Effice Chriſte decus, numen, uitæque redemptor.
Fata erat, & clauſis ueluti dormiſcat ocellis
Ad ſuperos, efflans animam per ſydera ſcandit.

FINIS.

NICOLAO SVO DARMSTADIO. F. Monta.

Dulcia quid noſtros fugiunt tua nomina uerſus,
Quæ ſemel admitti lexque moduſque negat?
Carmine creuiſſes dudum Nicolaus amico,
Impedit at longi ſyllaba prima ſonus.
Sed te Nicoleum mutato nomine ponam,
Atticus externo conditor ore ferar.

ERRORES ALIQVOT PER INCVRIAM ADMISSOS, Candidus lector ita corrigat.

IN A.

Folio primo a tergo, uerſu uigeſimo tertio, lege, Nec tamẽ

IN B.

Fo, primo a ter, uer, decimooctauo, le, in artus
Fo, ſecundo a fron, uer, uigeſimoquinto, le, Illa modo
Eodem a tergo, uer, decimooctauo, le, perduros
Fo, quarto a fron, uer, primo, le, donaria
Eodem a ter, uer, octauo, le, eſſe uelit

IN C,

Fo, primo a fron, uer, uigeſimoquarto le, æthere largo
Fo, ſecundo a ter, uer, uigeſimoſeptimo, le, Inſolitique
Fo, quarto a ter, uer, tertio le, in uſus

IN D.

Fo, quarto a fron, uer, ultimo, le, Proſperitare.
Cæteros quocũq; modo cõmiſſos, p tuo cãdore caſtigato.

M. Tullii Ciceronis Opera:

Rhetoricorum ad C. Herennium Libb. IV. Cornificio S. incerti Auctoris.
de Inventione Rhetorica Libb. 2.
de Oratore ad Qu. Fratrem Libb. 3.
de Claris oratoribus Lib. 1. } Brutus inscripto est.
Orator ad Brutum.
Topica ad C. Trebatium Jctum.
Partitiones Oratoriae.
de Optimo Genere Oratorum.
Orationes 56. qby adiici solet Orat. Pron. in Ciceronem et alia respon.
Epistolae ad familiares Libb. XV. ex qby octavus solus M. Tullii epistolas fecit.
Libri XVI ad Pompeium Magnum.
Libb. III. ad Q. Ciceronem fratrem.
Lib. 1. ad M. Brutum.
Epistola ad Octavium sive de Petitione Consulatus ad Laelium.
Liber unus Consulis ad Patres de Vita sua. Pomp. Magni.
Libri Philosophici: Quaestionum Academicarum ad Varronem Lib. 1.
Quaest. Acad. Libri IV. qui inscribitur Lucullus.
de finibus bonorum et malorum Libb. V.
Tusculanarum Quaest. Libb. V.
de Natura Deorum Lib. 3.
de Divinatione Libb. 2.
de Fato Lib. 1.
de Legibus Libb. 3.
de Officiis Libb. 3.
Cato Major sive de Senectute.
Laelius sive de Amicitia.
Paradoxa Stoicorum.
Fragmenta Orat. Gr. et Lib. Philos. quae extant a Dionysio Lambino collecta et emendata.
Consolatio M. T. Ciceronis.

Hs. M. Tullii Ciceronis Opera omnia accessit etiam notis Gothofredi D. var. lect. et indice locupletissimo. Lugd. Sumpt. Sybillae Vorstia 1588. 4. de Cart. Kapff.

Alt 546

ULB Halle
3
003 560 52X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0067-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-140988-p0068-8

Joan. Ferarij

Mōtani: in vitam Diuae Helisabet Hungaroꝝ Regis filiae libri tres.

Lipsiae ex officina Melchiaris Lottheri. Anno M.D.xviij.

v. de Auctore Jocchers Allgem. Gelehrten Lexicon. Leipzig 1750. pag: 576. Tom. II.